



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

9. An Episcopus titularis extra Urbem Romae possit in suo Palatio habere oratorium privatum, ut ibi celebret, vel Missam audiat? Et aliqui diversi casus inferuntur pro Episcopis titularibus? Ex p. 9. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

Auerfa de Sacram. quæst. 15. conclus. 7. & Pater Baldi in Pal. Cræta, part. 2. tract. 2. cap. 3. sect. 7. n. 68. nam asserit, quod, mortuo domino, expirat priuilegium respectu eorum, qui de familia dicebantur: quia defunctus esse de familia illius, cuius intuitu tali fruebatur priuilegio. Ergo, &c.

fuetudine inducta, possunt familiares, Episcoporum ipsis absentibus audire Sacrum in eorum Oratoriis; consuetudo enim vincit legem, & dat iurisdictionem; sed, quia consuetudo est quid facti, videant alij, si verè in casu, de quo loquimur, extet.

RESOL. VIII.

RESOL. IX.

An absente Episcopo eius familiares possint audire Missam in Oratorio priuato sui Palatii? Et obseruare, quid dicendum sit de familiaribus Eminentiſſimum Cardinalium in prædicto casu? Ex p. 9. tr. 1. Ref. 47.

An Episcopus Titularis extra Urbem Romæ possit in suo Palatio habere Oratorium priuatum, ut ibi celebret, vel Missam audiat? Et aliqui alij diuersi casus inferuntur pro Episcopis Titularibus. Ex p. 9. tr. 1. Ref. 47.

Affirmatiuam sententiam tenet Pellizzarius ubi sup. in *Man. Regul. tom. 1. tract. 3. c. 2. n. 163.* quærit enim, quod, sit par ratio in hoc casu, ac in alio posito in superiori resolutione.

Respondeo in rigore iuris affirmatiuè; quia Episcopi titulares, qui ordinantur pro Ecclesiis in partibus infidelium, sunt verè, & propriè Episcopi, vt docet Iacobatus de *Concil. lib. 2. art. 2. rubrica de vocan. ad Concilium. fol. 85.* Tololanus in *Synag. iur. lib. 15. c. 12. n. 34.* Simanc. in *Cæbol. insit. tit. 25. n. 12.* Sanchez in *summa, tom. 2. lib. 6. cap. 6. n. 27.* Lotherius de *re benef. lib. 1. q. 9. n. 67.* Arriaga in *Civ. Theol. tom. 4. dist. 18. sect. 3. num. 19.* & alij pene ipsos. Vnde inferitur primò, prouisionem Ecclesiarum in partibus infidelium iure esse reseruatam Summo Pontifici, qui de eis disponit in Consistorio, sicuti de aliis Ecclesiis habentibus Clerum, & populum Christianum, Clero. In *plerisque, de elect.* Inferitur secundò, talem Episcopum posse exercere omnia pontificalia; nempe, Ordines conferre, solemniter celebrare, & prædicare, aliisque facere, quæ spectant ad ordinationem, cap. 1. de *ord. ab Episcopo, qui renunciat Episcopatu*, ubique Hostiensis, Ioan. Andreas, & Abbas, dummodo prædicta faciant de licentia Ordinarij, vt cauetur in *Sacro Conc. Trid. sess. 14. c. 2.* Tertio inferitur, tali Episcopo debet locum inter cæteros Episcopos, tam in Capellis, quam in Consistoriis publicis, & semipublicis, aliisque sessionibus, iuxta ordinem suæ promotionis. Ioan. Piccar. in *ter consilia Menochij, consil. 52. num. 89.* ad instar Comitum expulsi à comitatu, qui post expulsionem sedere debet in loco, qui inter Comites sibi antea debebatur, Baldus, & Card. Alexan. in *cap. 1. Quis dicatur Dux: Iacob de Sancto Georg. de feudis, verb. Comes, Castellaneus de gloria mundi, par. 3. consider. 49.* & ita passim vbique seruat. Quarto inferitur, talem Episcopum, si sit Regularis, non esse subiectum iurisdictioni Ordinarij, neque Superiori sui Ordinis; sed esse immediatè subiectum Summo Pontifici, Suarez de *Relig. tom. 3. tit. de Religios. mutan. lib. 3. cap. 17. num. 5.* post D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 8. ad 3. Item, familia Episcopi Regularis gaudet priuilegio fori, vt Sacra Congregatio Immunitatis declarauit. Vnde ex his omnibus patet, nimis licentiosè loquutum fuisse Fratrem Anthonium Paganum, Theologum Ordinis Minorum, qui Concilio Tridentino interfuit. *tract. de Ordine, iurisdictione, & residentia Episcoporum, sect. 6. fol. mihi 154.* ubi sic ait: [Episcopus titularis, & sine subditis potè dedecori, & opprobrio est, dignitati, graduique Episcopali; cum certè sine aliquo suæ iurisdictionis vsu, haudquaquam dici Episcopus rectè possit: quoniam Dux sine exercitu, Pastor sine grege, & Prælatrus sine subdito Clero, atque populo, valde incongrua appellacione nominantur.] Ita ille: sed malè.

7. Negatiuè respondet Laurentius Portel, in *responsionib. Regular. tom. 1. part. 1. casu 20. num. 6.* ubi sic ait: Si autem prædicti Episcopi, & in suo Palatio, & in villa cum decencia possunt in prædictis Oratoriis celebrare, vel celebrari facere coram se, ego non credo, quod illo absente possint alij Sacerdotes celebrare; quia illud priuilegium non est reale, id est, concessum illi Oratorio, vel loco; sed videtur esse solum priuilegium personale, concessum scilicet, soli personæ Episcopi, cum celebrat, vel eam ibidem audit: ac potest cæteri Sacerdotes, illo absente, non potestur tali priuilegio gaudere. Ita ille, & ego olim: cui addo, me citato, Patrem Auerfam de *Sacram. Euchar. quæst. 11. sect. 14.* ubi docet, non licere, nisi ipsi Episcopo celebrare, aut coram se celebrari facere in suo Oratorio, atque idèd alij Sacerdotes; absente Episcopo, non gaudere tali facultate. Et hanc sententiam, etiam me citato, docet Leo Zambellus, in *repertorio casuum conscientie, verb. Missa, num. 20.* sic asserens: Missa celebrata à familiaribus Episcoporum in Oratoriis eorum domorum, in absentia ipsorum, aggrauat celebrantes, eo quia non perfruuntur eorum priuilegio. Sic ille.

2. Itaque ex his omnibus concludendum est, Episcopos titulares gaudere indulto cap. *Quoniam de priuilegio in 6.* erigendi Oratorium in suo Palatio, vt ibi celebret, vel Missam audiat, vt cæteri Episcopi. Nam dispositio loquens de Episcopo, habet locum etiam in Episcopo titulari, Baldus in *Auth. licentiam, Cod. de sacro*

8. Nec obstat dicere, quod familiares gaudent priuilegio audiendi Missam in tali Oratorio, concessio autem viro nobili à Pontifice, etiam ipso absente, vt supra probatum est; ergo eodem priuilegio debent gaudere familiares Episcoporum, absente ipso Episcopo. Respondeo, quod est dispar ratio inter vtrumque casum; nam in primo casu Pontifex concedit priuilegium domino, & eius famulis, vt patet ex Breuis concessione; sed in secundo casu priuilegium est personale; vnde in cap. final. de *priuilegio in 6.* efficitur solum mentio de Episcopo, & non de eius familia.

2. Itaque ex his omnibus concludendum est, Episcopos titulares gaudere indulto cap. *Quoniam de priuilegio in 6.* erigendi Oratorium in suo Palatio, vt ibi celebret, vel Missam audiat, vt cæteri Episcopi. Nam dispositio loquens de Episcopo, habet locum etiam in Episcopo titulari, Baldus in *Auth. licentiam, Cod. de sacro*

4. Non obstat secundò, quod absentibus Eminentiſſimis Cardinalibus qui in eorum Palatijs gaudent eodem priuilegio, quo gaudet Episcopus, audiendi, vel celebrandi Sacrum in priuato Oratorio, eorum familia audit Missam, & facit coram se celebrare, ac si præsentibus essent Domini Cardinales. Nam respondeo, hoc efficit ex consuetudine scita, & approbata à Pontificibus, qui ante eum Cardinales extiterint, sciebant hoc fieri: vnde, si adesset talis consuetudo, quoad familiares Episcoporum, illam non damnarem, (nam ego locutus sum cum citatis Doctoribus, stando in iure, quia consuetudo subsequens potuit sic interpretari dictum cap. *Quoniam de priuilegio in 6.* sicut, vt vocat Pellizzarius, num. 159. interpretatur dictum cap. procedere, etiam si Episcopus non in itinere, nec in domo propter solam commoditatem, vt ego etiam supra probaui: sic & in nostro casu dici potest, quod con-

4. Non obstat secundò, quod absentibus Eminentiſſimis Cardinalibus qui in eorum Palatijs gaudent eodem priuilegio, quo gaudet Episcopus, audiendi, vel celebrandi Sacrum in priuato Oratorio, eorum familia audit Missam, & facit coram se celebrare, ac si præsentibus essent Domini Cardinales. Nam respondeo, hoc efficit ex consuetudine scita, & approbata à Pontificibus, qui ante eum Cardinales extiterint, sciebant hoc fieri: vnde, si adesset talis consuetudo, quoad familiares Episcoporum, illam non damnarem, (nam ego locutus sum cum citatis Doctoribus, stando in iure, quia consuetudo subsequens potuit sic interpretari dictum cap. *Quoniam de priuilegio in 6.* sicut, vt vocat Pellizzarius, num. 159. interpretatur dictum cap. procedere, etiam si Episcopus non in itinere, nec in domo propter solam commoditatem, vt ego etiam supra probaui: sic & in nostro casu dici potest, quod con-

2. Itaque ex his omnibus concludendum est, Episcopos titulares gaudere indulto cap. *Quoniam de priuilegio in 6.* erigendi Oratorium in suo Palatio, vt ibi celebret, vel Missam audiat, vt cæteri Episcopi. Nam dispositio loquens de Episcopo, habet locum etiam in Episcopo titulari, Baldus in *Auth. licentiam, Cod. de sacro*

sacrosancti. Eccles. Simanc. de Cath. instit. tit. 25. num. 11.
 Quod maximè procedit, quando in dispositione consideratur splendor dignitatis: tunc enim non minùs habet locum in Episcopo titulari, quam in quocumque alio Episcopo. Hinc dispositio Sacri Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 5. de reform.* quod causa Episcoporum criminales cognoscantur à solo Summo Pontifice, habet locum etiam in Episcopo titulari, Simanc. *loco citato.* Hoc idem est dicendum in materia concernente Ordinem: quia etiam in his nulla est differentia inter Episcopum titulum, & alios, *cap. 1. de ord. ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatu, cap. Post translationem, de renunciatione.* Ergo dicendum est in casu nostro, Episcopum titulum gaudere eodem privilegio, quo gaudent ceteri Episcopi: Sed hæc omnia dicta esse volo stando in rigore iuris: nam, si adesset praxis, & consuetudo in contrarium, puto non esse ab illa recedendum.

RESOL. X.

An Prælati habentes iura Episcopalia, & præsertim Archimandrita, Messanenſis, Abbas S. Lucia, Abbas Guastalla, Archipresbyter Carpi, & similes, possint in eorum domibus seu Palatiis habere Oratorium, & in eo celebrare, vel audire Missam, & aliquando dispensare, ut celebretur extra Ecclesiam?
Et inferitur, quod supradictorum Palatia gaudent Ecclesia Immunitate, & eorum familiares gaudent privilegio fori.

Et deducitur privilegium Immunitatis Palatii Episcopalis habere locum etiam in Palatiis Inquisitorum, & Prælatorum, qui habent iura Episcopalia, & territorium distinctum, ut sunt supradicti Abbates: &c. Ex p. 9. tit. 1. Ref. 48.

§. 1. **P**RO sententia affirmatiua potest adduci noua opinio Iuriconsulti Ioan. Baptistæ Ciarlinij in *controu. forens. tom. 2. cap. 198. n. 31.* nempe, privilegium immunitatis Palatii Episcopalis habere locum etiam in Palatiis Inquisitorum, & Prælatorum, qui habent iura Episcopalia, & territorium distinctum, velut est Abbas Guastalla, & Archipresbyter Carpi, quoniam æquiparantur Episcopis in omnibus, quæ non sunt Ordinis, & ab illis sola consecratione differunt, ut probat Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 2. n. 12.* & Diccelsani appellacione comprehenduntur, ut docet idem Sanchez *lib. 3. disp. 29. n. 16.* Gratianus *discept. for. tom. 2. cap. 212. num. 9.* ac Ordinarij vocantur, ut patet ex Barboſa *de potest. Episc. par. 1. alleg. 32. n. 0. & 31.* Quinimò Decreta Concilij Tridentini habere locum in his Prælatis habentibus iura Episcopalia, tradit ex Riccio Belletus *post disquisit. Cler. §. unico de iurisdictione Abbatis S. Michaelis de Clusa, n. 8. in fine.* Quod etiam confirmatur, quod supradictorum familiares gaudent privilegio fori, ac ut gaudet familia Episcopi, ut tradit Ciarlinius in *contr. tom. 1. cap. 20. n. 29.* ergo ex his omnibus aliquis posset dicere, supradictam Archimandritam, & alios Prælatos gaudere privilegio, quo gaudet Episcopus circa Oratorium priuatum sui Palatii.

2. Sed his non obstantibus, negatiua sententia tenenda est, ut patet ex praxi, & consuetudine, quæ est optima legum interpres; & ideo sub nomine Episcopi in cap. *Quoniam de privileg. in 6.* non intelliguntur Prælati habentes iura Episcopalia, sed solum, & dumtaxat verè, & propriè Episcopi quoad dignitatem, & Ordinem: & idè extendetur tale privilegium ultra verborum proprietatem contra iuris regulas.

3. Dices: Cardinales non sunt Episcopi, & tamen

gaudent hoc privilegio, Respondeo, Cardinales gaudere omnibus priuilegiis, quibus gaudent Episcopi. Adde, quod dicto privilegio Cardinales fruuntur etiam ex approbatione Pontificis.

4. Et si opinio contraria esset admittenda, dicendum etiam esset, Vicarium Episcopalem posse etiam gaudere hoc privilegio: quia sub nomine Ordinarij etiam comprehenditur, ut probat Petrus *de resignat. benefic. lib. 3. quest. 22. n. 29. & segg.* cum Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 25. num. 10. & disp. 29. num. 4. & 5.* Sed hoc est contra praxim, & consuetudinem Ergo, &c.

5. Confirmatur nostra sententia ex doctrina Trulench in *Bullam Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 3. n. 4.* Cenedi in *questionib. can. q. 44. n. 6.* Rodriguez in *gg. Regul. tom. 1. q. 43. art. 6.* & aliorum assententium, inferiores Prælatos etiam habentes quasi Episcopalem iurisdictionem, non habere facultatem concedendi licentiam, ut ex causa iusta possit quis celebrare extra Ecclesiam: ergo, si non habent hanc facultatem pro aliis, signum est, quod nec etiam pro ipsis habent; ut in simili difficultate dixit Portel. in *respons. Regul. tom. 1. part. 3. cap. 20. num. 10.* Non bene itaque dixit Henriquez *libro 9. cap. 27. num. 2. in Glossa lit. D.* quod aliquando etiam Abbas magnus dispensat, ut celebretur extra Ecclesiam: quod etiam malè videtur approbare Petrus *de officio Sacerd. lib. 1. c. 6. dub. 3. n. 23.*

RESOL. XI.

An Regulares possint habere Oratoria in eorum Monasterijs?

Et an eorum privilegia circa hoc sint à Concilio Tridentino reuocata?

Et an in prædictis Oratorijs, quæ solent esse in Monasterijs, claustris, infirmarijs, &c. possint etiam Sacerdotes seculares celebrare?

Et notatur supradicta Oratoria benedictione non egere, & per consequens Oratoria polluta non indigent recomilatione.

Et aduertitur prædictam deprivationem Oratorij necessario faciendam esse à Provinciali, & si in aliqua Regione non adsit Provincialis à Patre Generali, & videant Regulares, si hoc obseruent. Ex part. 9. tractat. Ref. 32.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè, ex privilegijs, quæasserunt Doctores communiter. Sed difficultas est, an sint reuocata à Concilio Tridentino: Et negatiuam sententiam ego olim docui; & me citato tenet Auerſa *de Sacram. Euchar. q. 11. sect. 14.* Sed audiamus Hieronymum Garciam in *summa Theol. tract. 3. diffie. 8. dub. 2. punct. 3. num. 39.* vbi me citato sic ait: [Estos privilegios puestos estan reuocados por el Concilio Tridentino, y que no pueden vſar oy de los los Regulares en mas prouable y mas comun, si entiendo assi muchos Doctores, à los quales referen, y figuen Nauarrus in *summ. cap. 15. num. 81.* Suarez *disp. 81. sect. 3.* Reginaldus *lib. 29. num. 178.* Miranda in *Manual. tom. 1. quest. 40. art. 9.* Becanus *cap. 25. cit. n. 2.* Fagund. *lib. 3. c. 17. n. 16.* Tambur. *q. 6. n. 4.* Petrus *tom. 1. suorum privilegiorum, Constit. Pyrrhi. §. 7. num. 27.* & Lezana *tom. 1. cap. 21. num. 14.* y para mi es cierta esta conclusion. Lo vno, porque el Decreto del Concilio Tridentino concluye con estas palabras: *Non obstantibus quibuscumque privilegijs, & exemptionibus.* Lo otro, porque Gregorio XIII. en la Bulla, que concede à la Compania, para que pueda vſar de Altar portatil en las misiones, que es la 67. deste Pontifice. in 2. tom. Bullarj Cherbini, entra con estas palabras: *Vſum Altaris vſatici Societatis vestrae, & fœderis*